
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
8 A
30

A1

D. FRANCISCI T[illegible]

A

# IVDICIA, ET VOTA, D. FRANCISCI TVNTVLI V. I. D. CELEBERRIMI, A'GALATIA, QVE NOVISSIME PRO MAIORI PARTE IN FORO AQVILANO, PRODITA SVNT.

CVM INDICE ET SVMMARIIS LOCVPLETISSIMIS.






Ex Legato



AQVILAE APVD IOSEPHVM CACHIVM.

B

F. Tuntulus D. suo oppido quam obseruando,
D. Antonio Patigno Reg. R. Canc.
S. P. P.

CCEPTI beneficii gratias referre memoremq. esse, cum publice prosit, admodumq́. laudabile exemplum ducimus. Cum Gratiarum, Relatio Meritiq. Memoria animaduertentium Animos conciliant; Tum uero Illum ipsũ qui Beneficio affecit ad idem efficiendum, propensiorem, apertioremq. reddunt; Mihi autem cum referendi altera pars denegetur, altera uero minime, Memoriæ Nota quæ sic cordi inusta est, ut nec prospera Fortuna, nec aduersa, nec prospero tempore, nec aduerso, nec multis uariisq. Negociis, litibusq. uariis, nec odiosis Rabularum uocibus, Strepitibusq. inde deleri abradiq. possit. Quare Vir

† 2 nunquã

nunquam satislaudate, nulliq. secunde, Memoriæ gratia, Apinulas, Triculasq. nec non Reculas meas quas ex Officiis Beneficiisq. amplissimis abs te in me collatis, elegi; tibi dicatas uolui. Accipito igitur benigno ac placido uultu? Nomine enim intuituq. tuo, Autoritatem, Vires, Leporem nec non splendorem dederis. Tuntuloq. tuo, qui tantisper dum uiuit tuus dici uult; quiq. secundum Deum Opt. Max. te ueneratur & colit, Beneficium accèptius quo uis acceptissimo erit. Vale Mi D. Qui Solus inuidiã Gloria pessumdedisti. iterumq. Vale & Salue.

*Qui Domino debet. Domino hæc elegit Amato*
*Tuntulus officij munera parua dati.*

FRANC. TVNTVLO. V.I.D. ILLVSTRI.

Docta Minerua tumet, qui ter uocitatus opimum
 A Tyrium Regem liberat igne truci,
Cui nimium Natura dedit, Stagira superbit,
 Lycurgo gaudet regia Sparta suo,
Parthenope innumeris gaudetq; tumetq. peritis
 Legum sed cunctos Tuntulus iste premit,
Nanq; docet facienda, simul fugienda sub alto
 Iudicio, existens lucidus, atq; breuis;
Ergo Iudicia, & Iustissima Vota p optans
 Hunc uersare manu nocte, dieq; uirum:

Salue quē Iouis ales amat, ueneratur, adorat.
 Salue Virtuti, Iustitiæq; fauens,
Salue huius populi Iudex, tutela, salusq;,
 Salue Votorum; Iudiciiq; dator
Ne grauiter patiare precor me reddere cert:
 Si tibi nostra placet rustica musa, Vale.

Vmillimus Seruulus Rentius Leon.



# IVDITIA ET VOTA:

## D. FRANC. TVNTVLI. A'GALATIA,

que nouiſſime pro maiori parte in foro Aquilano, prodita ſunt, cum Iudice, & Summariis locupletiſſimis.

☞ SVMMARIVM.

1 Decretum, ſiue ſẽtentia nulla nullum ius tribuit,

2 Iudex declarãdo, uel ſẽtentiãdo, eius poteſtas expirat

3 Iudex debet ex actis coram eius prædeceſſore factis iudicare.

4 Ordinarius Iudex, qui nulliter proceſſit, & ſentẽtiam dixit, ipſam poterit cognoſcere; & reuocare.

5 Sentẽtia ſi notoriè apparet iniuſta debet reuocari,

6 Ordinarius Iudex, ne dũ ſẽtentiã ſuã nullã poterit cognoſcere, ſed alii p oteſt cõmictere cognoſcendam.

7 Contra infraganti captum procedetur exabrupto ordine. Iuris non ſeruato:

8 Capto in fragãti non datur copia repertorum, nec citatio ad ſententiã expeditur.

9 Capiẽtes aliquã ſũt idonei teſtes cõtra ipſũ & quãdo

10 Pro capto infraganti appellatio non admictitur.

11 Captus in fraganti quis propriè dicitur.

12 Arbitrium offitialis contra infragãti captũ limitatum.

Sacri

tata nō poteſt indicium facere ad torturam,
37 Tortura alicui nō eſt inferēda niſi poſt auditas defēſiōes.
38 Sacrilegium dicitur quaſi ſacriledium,
39 Locus facit ſacrilegium.
40 Si locus nō probatur bene dictus ceſſat, ut dicatur ſacrilegium,
41 Monaſteriū non habēs murorum clauſuras non dicitur monaſterium.
42 Sacrilegium cōmictitur ratione perſone uiolatæ.
43 Sanctitas loci ordinatur ad ſanctitatem hominis.
44 Offendēs carnali coitu monialem plura crimina cōmictit, & nu. 45. 46. & 47.
48 Sacrilegiū in foro conſciētie eſt pēa excūmunicatiōis
49 Laici cōmictētes ſacrilegiū publicè excōmūicātur.
50 In foro canōico contēptio ſo clericus deponitur.
51 Sacrilegium de iure ciuili eſt pœna mortis.
52 Monialis non poteſt dici, quæ non fuit benedicta, conſacrata & que habitu moniali non incedit & ut monialis dicatur que requiruntur.
53 Nouitius ſi defetat habitū, & proteſtetur, quod non intendit propterea profiteri non dicitur profeſſus.
54 Animus perpenditur ex loquela hominis,
55 Homo bonæ famæ & honeſtæ uitæ dormiens cum libera, qua pœna puniatur.
56 Habens rē cum ancilla, uel meretrice, ſeu cōcubina alicuius in domo retenēta an puniatur, & nu. 57.
58 Stuprū nō pūibile quādo eſt
59 Bōa fama purgat inditia.
60 Diuturna carceratio facit minuere pœnā ordinariam.
61 Carcer eſt mala manſio.
62 Torquendus ſi habet bracchium fractū non torquetur cum corda, ſed alio genere tormentorum.

Iuditiū

IN VIAM TVAM DOMINE DIRIGE GRESSVS MEOS. AMEN.

N THEMATE prepositæ questionis principaliter discutiẽdum, uenit, An Cur. Mag. D. Cap. Ciuit. Aquilæ. possit. sẽtentiã sui predecessoris, nullã declarare ex capitibus nullitatũ oppositarũ & iniustitiæ, pro ut ĵ: II. An dato quod possit, debeat ex inditiis existentibus ex informatiõe ac cõfessione in tortura facta per magistrũ Ber. lõbardũ inquisitum, ipsã reuocare, nulliusq. roboris declarare, cũ quidem decr. I siue sẽtentia Inualida & nulla nullum faciat Ius per ea quæ dic. Par. de put: per clariss. Iura, in uer. sẽtentia c. I. incip: an a sent. n. II. quia obiettũ nullitatis defensio dicitur ut ibi: Alleg. Io: and. in c. I. in fi. de rescrip: in VI. Taliter quod d. ber. cõdẽdatus per sex annos ad remigandũ In presẽtiarum. ĵ. legitima tempora de nullitate dicendo. corã D. Iudice successore releuari possit pro ut petit. Et II. quidẽ quã uis Iudex cõdẽdando uel absoluendo, aut quidquã statuendo uel declarãdo sentẽtiam protulerit, in cõtinẽti habita huius modi sent. eius potestas expirat, nullaq. in eo ẽ, quãdo quidẽ eius offitium cesset. propterea nec sẽtentiã ab eo uel eius predecessore dictã (cum sit idẽ iudex & III eadẽ persona) debeatq. ex actis corã primo Iudice attitatis & factis iudicare, ut

 pulc.

pulc. dicit Fran. de Alber. in suis cons. quem refert, Castald. in tract. de sindic. nu. xxvii. nec suam sub quouis erroris pretextu reuocare poterit nec corrigere uel emēdare, ut est tex. In l. Iudex & l. quod iussit cū l. querebatur ff. de re Iud. & l. i. §. fi. ff. de quest. attamē clarū est predictā regulam nō procedere in ordinario
4 Iudice qui nulliter processit & sentētiā dixit, nā illā ueluti nullā de nouo poterit cognoscere & reuocare l. accusatoribus C. de accu. l. si ut proponis & l. si preses C. quom. & quādo Iud. Bal. in d. l. si ut proponis sed pulcrior est tex. cū glo. in casu nostro in l. i. C. de sent. & interloq. omnium Iud. qui in propriis terminis decidit hanc questionē circa reuocationē sētentiæ nullæ, a prdecessore prolatæ ad quæ facit quod dicit Ant. cors. in sing. in uer.
5 sentētia vii. quod sētētia si notorie apparet iniusta debet reuocari nō obstāte quod non fuerit appellatū nā notorietas iniustitiæ reddit sentētiā nullā ut in c. inter ceteras de re Iud: Insuper accedat quia sententia nulla nullū tribuit ius prout per Par. de puteo in pre allegato c. nu. i.
6 Item nedū ordinarius Iudex potest sententiā suam nullā reformare & reuocare uerū etiā quod est plus pōt alteri delegare utrū sētētia sit nulla ut eleganter dicitur in l. eos in prin. C. de appell. & in glo. ibi Matth ab affli. in cōst. baiuli locorū. q. ii. n. 4. Quibus sic uerissimis stātibus in iure, discutiendū est utrum processus iste sic fabricatus sit nullus, appareātq; in eo nullitates quibus mediantib. detur & tradatur facultas ipsi curiæ dictā sententiam

sententiā reuidendi ipsāq. reformādi ex capitibus pro positis ex dispositione predictorū iuriū, Ad quæ breuiter referam quæ ex parte M. Cur. coadiu. producta sūt cōtra supradictū Ber. inquisitū quæ infra patebūt.

Producitur in primis dictū Ber. intus monasteriū quod honestatis causa tacco fuisse inuētū loquentē cū quadam moniali licet fæniæ graviter infirmanti. ſtantéq. in porta cellæ ipsius despettoratū, & sine Giuppono. & sic ut præsupponitur in actu fraganti.

Insuper producitur depositio duarū mulierum ipsius monasterii asserētiū per ipsū monasteriū dici quod dictus Ber. carnaliter cognoscebat sororem concordiam, & sic aliam monialem cū qua fuit in sermone repertus.

Item fuit productū quodam bandū eccellentiæ regni proregis quo cauetur ne quis accedere præsumeret, ad sacra monialium monasteria absq. licētia ordinariorū superiorū & in ipsis monasteriis deputatorum sub pena centum unciarum & aliæ arbitrariæ penæ suæ Eccellentiæ.

Pro parte uero inquisiti dicitur quod per inditia prædicta tamquam non sufficientia ad torturā non poterat torqueri & per cōsequens tortura confessio ac ratificatio inde sequta sunt ipso iure nulla tamquā ab eo extorta per torturam illatā non præcedentibus legitimis inditiis & denegatis sibi defensionibns ex causis & iuribus pro ut inferius & per alia ut particulaliter exprimuntur.

Et corroborādo primū fūdamētū ipsius curiæ coadiutoris, dico quod uidetur

dictū Ber; ex isto capite bene & iuridice ex processu informatiuo potuisse torqueri & ex eius cōfessione in tortura facta per diffinitiuā. cōdendari. denegatis sibi defensionibus, cū contra
7 huiusmodi infraganti captū proceditur ex ab rupto iuris ordine nō seruato, ut dicit Matt. de afflic. in cōst. humanitate 6. not. uer. Item querit hic And. estat, const: reg: Iustitiarii nō per, Klendas & ibi And. & Affl. Par. de put. in tract. sind. in uer. condennatio in C. an potestas, Ang. in libr. malef. in uer. etiā per modū notorii Grā. decis. 36. nu. 78. nec
8 etiā capto infragāti datur copia repertorū nec cōtra ipsum citatio ad sententiā expeditur pro ut per eundē Gram. in preall. dec. nu. 71. Itē contra captū infrgāti.
9 capiētes ipsū sunt idonei testes quando non adsunt alii, And. de yser. in d. cōst.
10 humanitate & similiter appellatio pro eo nō admittitur ad effectum ut Iudex, a quo teneatur appellationi deferre quam uis Iudex appellationis cognoscit an sit admictenda ut per glo. in uer. oneramus in cl. pri. de Iur. pat: Foll. in tit, Item quod fuit captus infraganti num. 4. Restat ergo ut dicamus, per supradicta quod licita fuit tortura nec ex isto capite insit nullitas, quod quidem fundamentū utiq. si esset uerū in hoc prætēto crimine sacrilegii. esset plusquam sufficiens ad torturā inferendam & cōdendatio nē ex qua nec daretur appellatio, pro ut pulcre refert lud. Carr. in prat: in l. ob seruare num. 44.
11 Sed quia captus infraganti propriæ dicitur is, qui in ipso actu depræhenditur l. raptores C. de epis. & cler. & ibi

ibi Bal.& pulcre in l. un. C. de rapt. uirg. uel latitans non per magnum interual- lum inuentus nullo actu ex traneo medio, ut declarat Iser. in præfata const. iusti tiarii non per Klendas, & sic debet intelligi, ut nulla tergiuersatione celari pos- sit, ut habetur in tex.& Glo. in d. consti. ubi Math. decla rat qualiter intelligatur, ad quod animaduertendũ est,
2 quod arbitrium, per ean dem consti. officialibus in hoc crimine fraganti con- cessum in fin. ipsius consti. postea regulatur, & limita- tur id intelligi uelle, ut ta- liter procedatur quod iusti tia illesa intacta, & absq. ali qua offensione remaneat, & quod considerentur per iudicem, ea que ueræ prin- cipaliter, & sine dubio fra- gantiam præbeant, ut ibi in tex. & Math. Si igitur Affato inquisito non ob- est, quod infraganti cri- mine sacrilegii adiecti re- pertus sit, nec in primo diis, siue præludiis ipsius, nec latitans, nec fugiens, nec in aliquo actu fragan- tiæ, ut dictum est. quare igitur potuit ita per tuã fra- gantiæ torqueri, & cõdem- nari ad remigandũ per sex annos ex eo tantum, quod fuerit repertus in monaste- rio, ut supra dictũ fuit cum quidem fragantia ista extra adiectum sacrilegium non erat suffitiens ad torturam inferendam per prædicta Iur.& apparet maxime quã doquidem primus testis cu- riæ. coadiutoris examina- tus dicit uidisse supradictũ inquisitum hora circiter ue spertina introire monaste- rium affatum, per ianuam, quæ sibi fuit aperta: ecce er go quod cum de die intro- isset, & per ianuam non pó- test contra ipsum malam cã

 picon

pi coniecturá maxime, quia tanquá sartor seruiebat monialibus, & aliis mulieribus intus dictum monasterium existentibus, prout ex ipsa informatione deprahenditur sui exercitii, & artis, accedente, nam ut inspicitur ex informatione poterat ingredi, & egredi extra januá & undiq. de die ac nocte dictum monasterium, & si ad malú ibi introiuisset utiq. non ita accesisset, nec sibi
13 permissum esset, nam sacrilegi, & malefactores odio habent lucem arg. l. qui furem, & ibi Glo. ff. de Sycar. l. fin. ff. de effrac. & expila. taliter quod contra ipsos nocturnos de ambulatores torturæ sunt necessariæ l. dolum C. de dol. Bal. consi. 427.
14 Item, & qui non intrat per hostium est fur, & latro iuxta illud euangelii Ioan. c. x. & cum una coniectura, & una præsumptio per aliam tollatur maxime efficaciorem Bar. in l. fin. C. famil. herci. Brunus in suo tract. de indici. & tort. 8. q. princ. undec. no. & par. in uer. tortura il. 3. uer. mandauit Rex, & uer. sequitur q.
15 Immo unum quodq. quod urget pro reo in cótrarium tollitur indiciú contra ipsú Iom. Gram. consi. 21. & 53.
16. & uot. 30. ita quod ad hoc ut reus torqueatur oportet ut contra eum existant fortiora indicia, & non sufficiunt paria Brun. in d. tract. q. 5. & Bar. in l. 1. §. ad questionem ff. de questio. Alex. consi. 77. ult. col. ult. uol. 1. Marsil. in l. diuus Adrianus ff. de Sycar. Grá. cons. 13. 22. & 31. Quanto ergo magis in casu nostro, ubi non præsumptio præsumptioné, nec indicium aliud indicium, sed probatio uera, & uiua excludit præsumptionem, & indi-

& indiciũ Brun. in d. tract. v°q. Matth. in conlt.ſi damna clandeſtina, Namq. ex dicto Abbatiſſæ, & aliarum monialium predicti monaſterii ad iſtantiã curiæ, examinatarũ dicitur quod dictus Bernardinus acceſſit uocatus ab abbatiſſa fuitq. coactus ire ſurſũ ad loquendum cum ſorore magdalena infirma cuius ipſe Bernardinus fuit ſeruus, ſiue alumnus, quem ante eius obitum maxime uidere optabat, ac pro uendẽdis quibuſdam bonis ipſius monialis quare tale indiciũ per ſupradicta Iur. ex eademmet informatione apparet eli-
17 ſum, etiam quia fuit repertus loquendo cũ d. moniali graui infirmitate detenta & ualde in ſenectute conſtituta iuxta portam cellæ, qui dicitur fuiſſe ſociatus cum quadã alia moniali de ordine abbatiſſæ ut ex informatione curiæ apparet, cum qua nulla prorſus cadebat ſuſpitio c. fraternitatis dixt. 34. maxime, quia dicitur murmurari ré habere cũ ſorore cõcordia.
18 Et ulterius inſiſtendo dico quod tunc dicitur infraganti adulterio patrem, filiã deprehẽdere. Vt ex ea fragãtia poſſit a patre filia occidi ſi in actis uenereis deprehẽdatur. Vt per Matt. de Afflit. in cõſt. Si quis rapere I. not. per iur. ibi alleg, & per Ang. in uer. che hai adulterata la mia donna in uer. an patri, ubi dicit plura copulatiue requiri, ut i-
19 pſa mulier occidi poſſit. Et quidem pater, uel maritus, tunc dicitur in actis uenereis deprehẽdere filiã, uel uxoré, ut ſi nudus cũ nuda in lecto inueniatur in actu carnali uenereo, & demum nedũ modo prædicto, ſed ſi in preludiis ut ſolus in cãmera

cum uerbis blandis, & lasciuis cum amplexibus, tactu manum illarum, ac osculationibus l. capite quinto ff. de adult. Math. in const. si maritus, & Andr. in c. 1. qui bus modis feud. amittit. quæ omnia, ut s. præiudia copulatiue requirun tur, ut per Ang. in præall. loco taliter, quod in omnibus, & per omnia ipsa fragantia excluditur. ad quæ Vid. etiã per Lud. Carr. in pratt. l. obseruare curabis. in §. homicidium nu. 234. &. 35.

Illud autem quod dicitur fuisse repertũ ipsum inquisitum iuxta portã cellæ sororis magdalenæ infirmæ, & sic in dormitorio, nec istud
20 habet obesse quia Abbat. ex aliqua iuxta, & rationabili causa bene potest dare licentiam alicui, ut monasterium ingrediatur, pro ut fu it in casu nostro cum dicta soror infirma staret, & non potuisset inferius descendere ob eius infirmitatẽ, ut deponũt omnes moniales, & Abbat. iuxta c. monasteria 18. q. 2. & habetur in sum. concil. in concil. matisconen. canon. 1. quod propter necessitatem monialium, etiam laicus potest ingredi monasterium maxime, quia prædictus Bernar. probat quod est homo bonæ uitæ, & famæ, & sartor in dicto monasterio.

Et si per curiæ coadiutorem allegaretur fortasse quod satis superflue inuenitur indicium ad torturam sufficiens ex eo quia per duos, uel tres testes probatur quod audierant per monasterium dici, & murmurari, & sic per famam qualiter dictus inquisitus carnaliter cognouerat dictã sororem concordiam, breuiter respondendũ iudicaui quod cum non constet dictam famam

mam, Siue murmurationem præcessisse capturam non operatur aliquid, cum iam necesse sit dici post capturam exisse Doct. in l. de minore §. plurium quoq. ff. de quest. c. qualiter, & quã
22 do ext. de accus. Item, nec deponũt asserti testes, a quibus audierant ad hoc, ut conspici potuisset utrum habuisset ortum a personis honestis, & fide dignis, ut per Marsi. in dicto §. pluriũ, & in Sing. 97. Gand. in rub.
23 quid sit esse mai. Itẽ neces se est quod testes deponãt de causa, ex qua fuit orta fama, siue murmuratio, & quod causa probabilis sit gram. cons. 26. & 42. & plenius in uot. 34. & Marsil. in d. §. pluriũ ad quod notãdũ uenit id quod Alex. post Bar. dicit in d. §. plurium
24 quod si decem testes deponunt de fama licet formiter non deposuerint, ut requiritur ut s̃, tamen probant ex quo decem testes faciunt uniuersitatem quod refert Iud. Carreri. in l. prædicta obseruare curabis nu. 111. in fin. nu. & nihilominus, etiam quod talis fama fuisset uere probata, iam communis conclusio Doct. est quod per solam famam probatam absq. aliis indiciis, & adminiculis non peruẽitur ad torturã Mars. in l. fin. ff. de quest. Paul. Grillan. de relax. carcer. Gand. In rub. de indit. dubit. ad tor. Bar in d. l. fin. ff. de quest. in tit. de fug. car-
25 cer. Imo si reus cum solo indicio famæ subiiceretur quæstionibus, & tormentis & ille fuisset confessus talis confessio non noceret sibi, ac si sine indiciis fuisset tortus, & per consequens esset confessio nulla Marsi. in l. pen. ff. de quest. & in d. §. pluriũ, & in Sing. 97. & cõs. 44. spe

44. sed fortius tanto magis
dico quod in casu nostro,
pro ut deprǣhenditur, ex di
cto dictarum mulierum exa
minatarum ista non dicitur
fama, pro ut non dici potest
sed fortasse murmuratio, si-
ue rumor, qui est minus,
26 quam fama, nam fama est
dictum gentium, seu uulgi
ex immaginaria opinione,
seu credulitate gentiū, seu
uulgi præcedēs, pro ut pro-
batur in l. de minore §. tor-
27 menta ff. de quest. Sed ru
mor est furiosa proclama-
tio multarum gentium &
strepitus, ut l. miles §. muli-
er ff. de adult. & iste rumor
est famæ initium, & minus
ea, pro ut dicit Bal. in l. ea
quidem C. de accusat. qui
rumor ex eademmet infor-
matione apparet inanis, &
sine aliquo fundamento,
nam cum deprǣhendatur
quod dictum monasterium
erat profanatum ex tot, &
tantis illicitis cōplexibus,
& quod tot, & tante mona
les fuerunt prægnantes re-
pertæ nō mirum ergo quod
ibi erant susurri etiam con-
tra alias non maculatas mu
28 lieres, & moniales, nam
usus, & mos est inhonesta-
rum mulierum alias hone-
stas eodem morbo uocare
pollutas.

Et si fortasse oponeretur
quod fuit repertus, sine
giuppono habens tantum
quandam tunicam rubeam
pro ipso giuppono, nec i-
stud est quod suffragari ha-
beat eidem curiæ coadiu-
tori namq. dictus inquisi-
tus reddit rationem quod
sine giuppono accesserat,
pro ut mos est huiusmodi
hominū, qui se artibus exer
centur, & negociātur quod
utiq. nec per curiam proba
tur quod cum giuppono ac
cessisset, nec in monasterio
fuit dictus giupponus re-

pertus, quem habebat in apoteca quod curia ipsa probare debebat ad fundãdum eius iuteutionem per reg. actore non probante reus
29 absoluitur Et semper est facienda interpretatio, ut delictum excludatur Bar. in l. non solum §. sed ut probari ff. de no. oper. nunt. Inno. in c. dudum de elect. Alex. consi. 15. III. uol. & consi. III. Tom. Gram. uot. 10. nu. 27. l. merito ff. pro soci. & c. dudum de præsũpt. Alex. consi. 183. & cõsi. 113. uol. IIII. maxime etiam
30 quia indicia ad hoc ut operentur debent esse perfecta in genere suo pro tortura inferenda sicut etiam probationes ad cõdennandum Hyp. in practi. in §. diligenter nu. 29. nã tunica rubea erat pro giuppono, ut dictum est. Quo uero ad bandum productum pro parte ipsius curiæ coadiutoris ultra alias responsiones, præsertim cũ in eo sit apposita pœna pecuniaria, pro qua non dabatur tortura dicitur quod ex lectura & inspectione ipsius apparet di
31 ctum bandum non habere uires ultra Ciuitatem Neapolitanam, quia loquitur de monasteriis dictæ Ciuitatis tantum, & declaratum extitit in c. Reg. Regis Rob. ut fine mortalis quod fuit interpratatum tantnm contra neapolitanos maleficos osculantes; & rapientes uirgines, ut extat alia pragm. noua facta In anno. 1562. per quam ampliatur postea extra Ciuitatem neapolitanam, & per regnum cum primum non compræhẽdebat alios ultra neapo. & alia responsio est facilis postea cum de licentia Abbatissæ accessit, & de eius ordine introiuit quod licuit per c. monasteria s. alleg.

Quod

Quod utiq. āpliatur, nam
& si dicta Abbat. non habu
isset dictam facultateē dādi
licentiā, nihilominus cū ac
cessisset uocatus ab ea ad
dictū monasteriū ad quod
singuli de Ciuitate, pro ut
probatur ex processu acce-
debāt esset etiam excusan-
dus a pœna; quia quelibet
causa etiam temeraria, &
iniusta excusat quempiam
11 a pœna delicti, & a dolo
etiā in his, quæ sūt de gene
re prohibitorū Glo. in l. 1. in
fin. Glo. mag. ff Si quis ius.
dice. nō obtēp. & in l. satis
ff. de inius. uoc. Aug. in l. 1.
ff. de eo. per quē fact. quia
credidit Abbatissæ, & su-
periori Thom. Gr. Vot. 19.
etiam quia non dabat ope-
rā rei illicitæ, ut probatur
quia uocatus, & rogatus
causa pietatis, & seruitui
extra de iniur. c. fin.

Ecce ergo, quia ipsa tortu
ra fuit sine legitimis indici-
is illata imo nulliter, & de
33 facto, & quæ de facto fi-
unt nullum robur, nullāq.
firmitatem habent, & de fa
cto ueniunt reuocanda, &
annullanda Hypp. in prac.
§. post quā nu. 49. & est de
mente, & doct. Bal. in l. Si
pacto quo pœnā C. de pac.
per Glo. in l. minor ff. de e-
34 uict. & tortura illata non
præcedentibus indiciis est
ipso iure nulla, & per cōse-
quens cōfessio etiā millies
ratificata, pro ut clarum
est in iure, & ita uoluit Glo.
in l. pen. ff. de quest. quam
cōmuniter doct. sequūtur,
& Mars. ibi & idē Marsi. in
practi. crimi. §. 11. in prin.
Aug. in l. 1. C. de cōf. Foll. in
practi. crimi. & si cōfitebun
tur in 3. par. in prin. Car. pri.
in l. obseruare curabis nu.
81. ubi dicitur ne dū requiri
indicia sed legitima inditia
par. de put. in uer. tortura
il 3. c. 7. nu. 13. & extat cap.
regni

regni tormenta. & aliud c.
quod incipit habebitur que
stio imo per torturā illatam
35 reo sine indiciis præcedēti
bus legitimis argumētis, &
suspitiōibus,& nō datis de-
fensionibus ante torturam
facit præsumptionē uiolen
tiæ insurgere cōtra iudicē,
& quod nullus sit processus
contra tortum Gram.consi.
15. & 111. nu. 10. ubi habe-
tur quod quidam iudex,qui
dedit torturam ex processu
informatiuo, & non legiti-
mis indiciis præcedētibus,
quia nō fuit processus legi-
timatus contra quendā in-
quisitum fuit cōdemnatus
ad carcerem biennalem, &
publicationē tertiæ partis
bonorū, quia processus in-
formatiuus est nullus tan-
quam contra formam iur s
36 & testis receptus parte
non citata non potest face-
re inditium sufficiēs ad tor
turam quia recipiuntur te-
stes parte non citata ad finē
capiendi inquisitum, ne in-
struatur ad fugam Bal. in l.
cōgruit in fin. ff.de off.præ-
sid.& ibi Saly. pulcre Ang.
in l. Si uacantia C. de bon.
uacan.& ideo dicit Paris de
puteo in uer. tortura il. 11.
c. 11. quod incipit. Viso de
37 indiciis quod tortura ali
cui non est inferenda, nisi
post auditas defenosines,
nec a tormentis est incipi-
endum, & ante litem con-
testatam, pro ut idem par.
per d.c. regni de tormētis
in uer. tortus nu. 21. & 22.
& in uer.an potestas nu. 8.
& uide etiam ea, quæ dicit
pul. in uer. tortura il. 1. c.
6. quod incipit, & an si
quis, ubi dicitur quod inde
lictis magnis sine defensio-
nibus sola magna curia ex-
præminentia torqnet,quan
do tamē torquendus est le-
uis uitæ,& uid. And.de Iser.
in const. Si damna clande-
stina in

ſtina iu fin.111.col. & Bal.in l. ut uim nu. 1. ff. de iuſtit. & iur.& cõſi.4.uol 3.nu.2. quia defẽſio datur etiã cõui cto. Affli·in cõſt. Itẽ dura & dira ten.Princi.nõ poſſe tol lere reo defẽſionẽ quæ ẽ de iur.nat.& in conſt. Si dãna clãdeſt.dic.confes.in tortu ra habitã rẽ eẽ periculosã,

Nunc ergo uideamus ecce quod tortura,& confesſio cũ ratificatione fuit nul liter declarata per prædicta & reſtitutis curiæ coadiutore, & ipſo inquiſito ad ſu as probationes,& defenſiones fuerunt eadẽ reproducta per utrãq. partẽ, nunquid pœna aliqua, & qualiter debeat plecti, & quoniam ex facto ius oritur l.Si ex plagis §. in cliuo ff. ad l. Aquil. Dicendũ eſt primo, quæ in facto ad defenſionẽ rei producta fuere Productũ quidẽ, & uerificatũ extitit monaſteriũ m affatum

ne utiq.fuiſſe conſacratum
quod probatur ex dictis nõ
nullorũ teſtiũ taliter quod
non poteſt dici ratione rei
ſacrilegium quod dicitur
38 quaſi ſacrilegiũ eo quod
ledit ſacrum locum, ut per
Bal. poſt Azon. in Sum. in l.
111. C. de furt. & Glo. in c.
ſacrilegiũ.17. q.1111 ubi deſcribitur quod ſacrilegium
eſt ſacræ rei uiolatio,ſiuẽ in
ſe, ſiue in alio, ſiue ſit res ſa
cra, ſiue perſona nam ; pro
ut dicit Bar. in l. diui. ff. ad
39 l. Iul. pecu. Locus facit
ſacrilegium, ut ſi locus ſacer offendatur, & ita tenetur per Bar. in l. ſacrilegi eod. titu. & quibus modis fiat ſacrilegium uid. Bal. in prædicta l. 111. unde cum lo cus ille, in quo prætẽditur fuiſſe commiſſum ſacrilegi
40 um non ſit ſacer. nã probatur unquã fuiſſe benedictum cum circunſtantiis, & ſollemnitatibus requiſitis,

ſed po-

sed potius probatur profanatũ cessat, ut dici possit sacrilegium ratione loci, qui locus est etiam apertus, & undiq. habet ingressum, ut apparet ex processu, & istud de loco etiam quod fuisset sacer, pro ut dicitur in d.c. monasteriũ haberet tãtũ locũ in terris Ecclesiæ inter ecclesiasticas personas in foro eccl. iuxta not. per Doct. in c. solitæ de maior, & obed. & in c. nouit de iudi. non obstat quod dicit l. aut facta §. locus ff. de pœnis nam Glo. in d. l. diui soluit hanc questionem, & dicit quod tunc locus sacer facit sacrilegium quãdo res sacra inde auferatur iuxta tex. in d. l. diui, & in casu nostro debet attẽdi Ius ciuile Paul. gr. in c. 1. igitur quero nu. 13. in titu. de pen. omnifa. coit. adde etiã prædictis quod ex alio capite non posset dici sacrilegium cum monasteriũ non habeat, nec habuit murorũ clausurã quia undiq. potest ingredi, & egredi, pro ut deponunt testes ad defensam recepti ut notant. dicit Gaiet. in sum. uer. monacorum quod fortius est in monasterio monialium c. periculoso de sta. reg. & Glo. ibi, & tanto magis quia sic semper fuit gubernatũ monasterium quod cuiq. erat licitus accessus, & licentia introeundi, & exeundi idcirco potest probabiliter dici locus non sacer licet nũc per consi. tridentinũ aliter sit dispositum, ut 25. Sessio. c. v. Sed num dicendum est quod satis dici potest sacrilegium ratione personæ uiolatæ cum sit monialis, & sufficit secundũ canon. uerificare in una uidelicet si nõ loci personæ Glo. 17. q. IIII. allg. in c. quisquis, nã satis dicitur sacrilegium id quod

quod cómi&ditur per coitú habitum cum moniali sacra ta 23. q.1.impudicas,& Bal. in d. l. 3. & l. Si quis in hoc genus C.de epis.& cleri.& maius dicitur peccatum quod cómi&ditur in persona sacra, quam in loco sacro,

43 quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis, ut dicit sanc. Thom. in sum II. secund. q. 99. artic. III. uer. dicendum card. in cle.1. de pen. offendens per coytum monialé sacrá plura crimina cómi&dit pri-

44 mum crimen est adulterii, quia sponsam Christi uiolauit cum monialis dicatur Christi sponsa c. uirginibus, cum Glo. 27. q.1.secundum

45 crimen est incestus, quia sponsam Dei uiolauit, qui est pater noster, & nobis, secundum spiritum in affinitate coniunctus 12. q. II. & Glo. in d. c. uirginibus.III.

46 erit stuprum. Quia uerae uirginé honeste uiuentem strupauit l. stuprum ff. de adult. tex.in c. Si qua monacharum 27. q. 1.&postea có-

47 mi&dit sacrilegium, quia persona sacra leditur, ut di&dum est.

Et pro supradi&dis crimini bus, quibus pœnis afficiatur cómi&dens tra&datur plene per Pau. Grill. de pœnis omnif. coit. ubi pro pœna cómi&dentis huiusmodi sacrilegia in foro cóſciétiæ é

48 pœna excomunicationis, & separationis a consortio aliarum monialium cum se impudicitiis imiscuerit, & immi&ditur alicui carceri perpetuo ad perpetuo pœnitentiá agendum, & in solo mortis articuló si uere, & digne pœnituerit nó denegetur Eucharistia in c. im pudicas, & c.uirginibus 27. q. 1. ubi tanquá oues morbosæ sunt intrudendæ, ne cum aliis cóuersentur, ut ne

totũ ouile corrũpatur, quæ
locũ habẽt in ecclesiasticis
49 personis, nam laici publi-
ce excõmunicãtur, nec un-
quã admictuntur, nisi publi
ce pœnitẽtiã egerint ido-
neam, pro ut in supradictis
in foro, uero canonico cõtẽ
tioso clericus deponitur a
quocunq. officio etiam di-
gnitate, ac a quibuscunq. of
ficiis, & beneficiis priuatis,
& detruditur inde ad mo-
nasterium arctum ad pœni-
tẽdũ perpetuo, ut habetur
c. Si quis episcopus, & c. si
qua monacharum 27. q. 1.
De iure, uero ciuili huius
50 modi crimẽ est pœna mor
tis l. Si quis in hoc genus C.
de epis. & cle. nam si per s
dicta iura cõcluximus quod
in sacrilegio inest adulteri-
um, & incestus inter alia
crimina, & pro talibus da-
tur pœna mortis, ut l. Si a-
dulterii cum incestu ff. de
adult. & l. quamuis §. fin. C.

eo ergo multo fortius in i-
sto casu, qui dicitur pertur
bator diuinarũ nuptiarum
per d. c. Si qua monacarum
& facit l. sacrilegi. ff. ad l.
iulia pecul. in prin. Sed iis
non obstantibus, nec ratio-
ne persone in casu nostro
sacrilegiũ dici potest, nam
pro ut supradictũ est sacri-
legiũ est sacre rei uiolatio,
pro ut per Bal. in d. l. III C.
de furt. Si ergo probatur ex
processu quod concordia
non fuit, nec est aliter bene
dicta, nec deo cõsacrata iux
ta ordinationes prætati mo
51 nasterii, nec incessit ha-
bitu moniali dextincto co-
lore, & benedictione, ut in
c. uidua, & ibi Panor. de re
52 gul. ubi requirũtur plura
uidelicet quod habitus de-
feratur ad profisslonem per
agendã, & quod talis habi-
tus detur ab eo, qui potest
incorporare religionem sci
entibus, & cõsentientibus

illis quorũ intereſt incorporare,ac monaco,ſiue moniali conſentiẽte, & uid. eũd. Panor in c. porrectum eod.
53 titu. ad quod adde quia ſi nouitius deferat habitum, & proteſtatur quod quam uis ipsũ deferat nõ intendit profiteri, pro ut in caſu noſtro (ſine habitu incedens) ipſa declarauit non cenſeretur profexa, quia talis proteſtatio facit præsũptionẽ iuris, & de iure,quæ nõ admictit probationes in contrarinm cum eius mẽtis uideatur declaratoria c. cum m de conſt. Imol. & Panor. in c. experte de regul.unde concludi uidetur quod ſtantibus prædictis nõ poſſet dici ſacrilegiũ cũ nullũ ſacrũ fuit leſum ſecũ.Azõ. in d. l. III. & pro ut dic. Bar. poſt glo. in l. fuleinus ff.ex quibus cau. impoſſ. & animus
54 perpẽditur ex loquela hominis, quod fortius corroboratur ex geſtis inde exequutis per prædicta cum nõ incedebat habitu moniali declarando ſe uelle nubere, & nõ fuit aliter cõſacrata, nã uolũtas ſimiliter pergeſta, & acta declaratur Thõ. Gram.conſi. III. nu.2. & 3. taliter quod præſumatur ibi cõmorata eſſe ut fœmina, de qua glo. in d.c. uidua de reg.ſuper uer.oblationẽ obtulerit. Accedat inſuper ultra prædicta quod ex proceſſu apparet dictã cõcordiam fuiſſe a pluribus carnaliter cognitã,& tam in monaſterio,quã extra,pro ut probatur per plures teſtes, & quod intus dictũ mouaſterium tam de die quam noctis tẽpore poteſt ingredi, & egredi quod utiq. uerifimiliter poteſt credi taliter; quod ne dum non debet puniri pœna ſacrilegii, nec ſimplicis ſtupri,pro quo (etiam dato) quod ipſa concordia

cordia fuisset honestæ uitæ
conditionis, & famæ tāquā
persona libera isto casu
55 quod cum d. inquisito similiter honestæ & probatæ
uitæ conditionis, & famæ,
ac moderate conditionis si
ne ui.cōcubuisset esset pœna dimidiæ partis bonorū
suorum cōfiscationis, & re
legatione arbitrio iudicis
temporali puniretur, ita dicitur in tex. in §. Itē lex iulia inst. de publ. iud. quæ
pœna est regularis bene tamen uerum est quod in plu
ribus casibus fallit uidelicet quādo esset illa mulier
57 serua, uel concubina ali-
58 cuius in domo retēta, cū
quibus non cōmictitur pœna, & accessus ad eas est inpunibilis l.11. C. de cōcubi.
Glo. & Bar. iu l.stuprū, & l.
inter liberas ff.de adul.quic
quid dicat tex.in l.stuprum,
ff. de rit. nupt. quod stuprū
cōmictitur etiā cum muliere inpudicam uitā faciente
in secreto, & plurium amplexus patiente dummodo
id palā non egerit, nā Doct.
declarant illam l.benedicere, esse stuprū, sed huiusmo
58 di stuprum nō punibile,
nec accessus ad illas punibilis, quod satis uidetur in
terminis nostris cū iam appareat dictam concordiam
pluriū habuisse illicitos cōplexus & cum pluribus meretricatam, quibus sic bene
ruminatis, & cōsideratis, ac
59 cōsideratis bona fama supradicti inquisiti quæ plurimum confert, & purgat iudicia Fulg. cons. 153. incipe
ad primā in 11.col. Bal.cōsi.
75. nu. 2.5. uol. & diuturna
60 carceratione cū aeris priuatione, quæ & si nocēs fuisset, pro ut modo deprǣhēditur ex processu per supra
dicta clemētius plectendus
esset a pœna quā ordinarie
pati debuisset ob cōmissum

facinus per tex. uulg. in l. omnes ff. de pen. namq. pro ait iur. cons. in l. itē apud labeonē §. qnest. ff. de in- iur. carcerem malā mantionē appellat, etiam quia tortus fuit habens bracchium fractum pro ut protestatus ē, ut ipse magnificus curiæ coadiutor in nostri præsentia confessus est, & demū probatū quare torqueri similiter nō poterat ob di-
62 ctā brachii fracturā & si legitima inditia precesſissēt, ac date sibi fuisēt defensiones quod intellige tormēto corde, sed bene torquetur alio genere tormētorū. Et propterea ex prædictis, & aliis quæ iustis de causis taceo cū adhæreāt honesto, &
63 trāquilitati etiā quia: Abbatissa dicitur habere dignitatē cum adminastratione. Bar. in l. 1. C. dignit. et probatur in c. indēnitatibus §. Verū & ibi doct. de elect. in vi. Philip. deci. & Ab. in c. in cunctis de elect. quare colligitur potuisse dare licētiā eidē Ber. sartori intrādi monasteriū affatū, & per cōsequēs esse exclusā intētionem curiæ coadiutoris aliis nō probatis quæ ad sacrilegiū pertinerēt. fuit iudicatū dictū Bernar. fore, & esse esulādū a Ciuitate Aquilæ, eiusq. territorio, & destrictu per ānos tres, & ita exequutum fuit & c.

SVMMARIVM.

## IVDITIVM .II.

1 An iudex, parte nō citata, suam interlocutoriam reuocare posſit.

2 Si ex interlocutoria non infertur præiuditiū, uel modicum, partis citatio non requiritur: Et si nō de modico præiuditio agitur, causæ cognitione opus est.

3 Contra procuratorem sine mandato

mãdato se liti offerẽtem, debet fieri executio sententiæ contra ipsum prolatæ. Fallit ut in nu. IIII.

5 Pater iurans testamentum per antea factum non mutare, An postea mutando ualeat.

6 Voluntas hominis deambulatoria ẽ usq. ad mortẽ.

7 Communio solet parere discordias.

8 Pater ad tempus diuisionẽ prohibere potest, non autem in perpeutum.

9 An non obstãte prohibitione testatoris ad tempus, posSit aspirari ad diuisionem, etiam ob rixas, quæ quotidie insurgunt.

10 An stante uẽditione facta, cum pacto de retrouendendo pro quingentis aureis, detur restitutio prætii, petita uirtute prælegati quondam testatoris.

11 Pactũ de retrouẽdẽdo facit præsumi pignorationem.

Christi Auxilio inpetrato, Amen.

E Pluribus hæsitari conuenit in præsenti processu, & quo ad primum dubium

1 an iudex parte nõ citata, suã interloqutoriã reuocare posSit, de quo per Bar. in l. quod iusSit ff. de re iud. Saly. in l. post sentẽtiam C. de sent. Inno. & in c. auditis extra de procur. Bar. in l. necquiquam §. ubi decretum ff. de offit. procõs. Bal. in l. perẽporias C. sententiã resc. non poss. in l. 1. C. de sẽtẽtia ex per. recit. Imol. in l. Si opus ff. de nou. op. nũt. ex quibus haberetur quod magis cõmunis cõclusio est

2 quod si ex interloqutoria non infertur præiuditium

 uel mo-

uel modicum partis citatio non requiritur l.sed si inter pellatus §. aibiter ff. de arbit.
3 bit. Verũ si non de modico præiuditio agitur causæ cognitione opus est. Et sic partis aduersæ cit.l.a procedente C.de dilat. Ad secundũ dubium uidetur, quod
4 quãuis côtra procuratorẽ sine mãdato se liti offerẽtẽ debeat fieri exequtio sẽtentiæ. côtra ipsum prolatæ l. plaucius ff. de procur. hæc
5 dispositio nõ habet locum si iusto errore mandatũ habere putasset. pro ut not.inquit Bar. in l. de pupillo §. fi. ff. de nou. oper. nũtiã. & uidetur idẽ dicendũ in d. l. Plaucius uer.Sciret. Quibus sic præcalendatis, ueniẽdo ad dubia quæ principaliter tractãtur,& mihi deci-
6 dẽdũ uisũ ẽ quod pater qui iurauit testamentũ per antea factũ nõ mutare, quod postea mutando uoluntatem aliud testamentũ faciendo, quod nõ obstante tali iuramento facto potuisset mutare.ita ut non dicatur periurus quandoquidẽ iuramentũ interpositum sit super eo. quod est contra bonos mores auferente liberã testandi factionẽ l. stipulatio hoc modo ff. de uer. obl. Bar. in l.Si quis de leg. III.Cy. in l.I.C. de sac. sant.eccl. & uolũtas hominis quantuncunq; iurata & quibuscunq. uocabulis & solẽnitatibus uerborum cõposita sẽper usq. ad mortem est deãbulatoria,l.cum hic status §. ait oratio ff. de don.int.uir.& uxor. Rolãd. in I.par.flo. rub.quid sit testamentũ,& und.d.in nu.4. quidquid in cõtrariũ arguatur nõ obstãte,per c.si côtingat de iur. iu. pro ut cõcluditur per præfatos Doct. in cõtrariũ; sed dubitaturmõ, quia dictus testator, prohibuit

ibuit in dtō suo ultimo elo
quio diuisionē fieri inter su
os cohæredes, per ānos ui-
ginti, an fieri potuit, cū qui-
8 dem cōmunio, solet pa-
rere discordiā, & præser-
tim inter fratres l. cum pa-
ter §. dulcissimis in fi. ff. de
leg. II. nihilominus magis
cōmuniter tenetur quod
9 pater possit prohibere ad
tempus diuisionē sed non
in perpetuū Paul. de cast. in
l. Si non forté. §. Si centum
ff. de condit. inde. l. in hoc
iuditio §. Si cōuenerit ff. cō
mū. diuid. quod fallit in casu
sing. l. fi. ff. de alien. iud. mut.
ca. fact. Sed dū opponatur
per Petrū de Aquila unum
ex cohæredibus quod fran.
eius frater cū retineat con-
cubinā quæ malis moribus,
& uita, stante dicta cōmu-
nione potest alias mulieres
sorores & uxores cohere-
dum polluere hæsitatū est
10 an non obstante dicta pro
hibitione testatoris possit
aspirare ad diuisionē etiam
ob rixas quæ quotidie insur
gunt, & reperio quod Bar.
in l. Si cōuenerit ff. pro Soc.
& Bal. similiter ibi tenent,
quod sic per rationes ibi ad
ductas, quibus sic breuiter
expeditis, ueniendo ad iudi
tiū principale, ecce. quod
prædicta omnia sic bene fu
erunt exequtioni de māda-
ta. iusta sscriptas decis. que
ritur. An stāte prohibitione
testatoris quod fundus nū
cupatus la Riuera non pos-
sit uendi per unū ex cohe-
redibus cui fuit relictus &
casu quo uéderetur statim
teneatur, ad restitutionem
pretii recepti aliis cohere-
11 dibus ecce, quod uédidit
cum pacto de retrouenden
do pro quingētis aureis an
detur restitutio pretii peti-
ta uirtute prælegati quon-
dam testatoris quam mate-
riam plene tractat Bar. in l.

qui habebat ff. de leg. III. ubi demũ distinguẽdo dicit quod aut pignora sunt obligata pro tãta pecunia quorum nulla spes est luitionis ut uidetur prohibita obligatio & uenditio ut s̃,aut pro modico precio, & censetur
12 pignoratio & tunc quo ad omnes effectus cõcernẽtes dominiũ, & fructus acquisitionẽ, dicitur debitor possidere pignus & nõ creditor: pro ut not. Doct. in l. I. §. per seruũ ff. de acquir. poss. quod utiq. non procedit ubi non est spes luitionis ut si fundus fuit pignoratus quãti ualet,quia tunc exiuisse a dominio presumitur debitoris, & ita iudicatur & est tex.sing.in l.preal. qui habebat, & tex. in l.legata §. fi. ff. supp. leg. & pro ut præclare dic. Bar. in l. manu missiones ff.dè iust. & iur. tũc dicitur uera alienatio. quod cum probetur fundum de quo agitur ualere mille & plus insitque spes luitionis hoc casu per prædicta iura dici non potest alienatio, sed tantum
13 pignoratio, maxime per pactum de retrouendendo, pro ut. pulcre decid. per test.in l. ẽptiõe C.plus ualere quod ag.. quod qu. simul concip. & ita per supradicta iura de iure esse arbitratus sum.

SVMARIVM.

IVDITIVM. III.

1 Relapsatus fide iussoribus, an. possit citari & eius fidè iussores sinouũ crimẽ principalis ipse commisserir. & quando & nu. II.

3 Instrumentũ dotale pro muliere repetẽte dotẽ cõtrafiscũ, ob delittum uiri in quo adest tantum confessio de dote recepta, an preiudicet ipsi fisco & nu. 4. & 5.

Vxor

6 Vxor poteſt propria autoritate res ſuas per uirũ detem ptas accipere, nec debet eſpectare auctoritaté iudicis, & qualiter intelligatur,
7 Nõina debitorũ ã ſint inter mobilia uel immobilia n.8.

ADSIT NOBIS ſantæ tenitatis gratia.

T ſi recte intueor duo principaliter in proceſſu cauſæ diſcutienda eſſe uidentur. relictis aliis quæ iuditio meo uiſa ſunt clara. in quibus non opus eſt cõiecturis l.continuus ff.de uer.oblig. Primum quidẽ uidendum eſt, an dictus Antonius qui ſemel relapſatus fuit ex car
1 ceribus ſub fide iuxoria cautione untiarũ auri quinquaginta quinque de ſé præſentãdo toties, quoties ſuper cauſa furti. poſſit citari, eiuſq. fideiuſſores ad præsẽtandũ. taliter quod teneantur præſentare ſi dictus Antonius nouũ crimé commiſerit, ut illi nõ ſint tuti, eo quia ob timoré noui facinoris commiſſi. ipſe Antonius ſe abſentauit, ita ex parte aduerſa factũ fuit fundamentũ per l.2. ff. de cuſt. reo §. fi. ubi, qui exibẽdi poſtulati ſunt propter aliã cauſam alterius criminis quod ante admiſſum eſt rei non recipiuntur, quod in priuatis quoq. cauſis, & nominibus ſub fide iuſſore factis obſeruatur, & ibi Bar. hoc ſũ. Sed ea nõ obſtante in caſu noſtro uerior uideretur decis. l. Sed & ſi quis ff. Si quis caut. §. illud, ubi per Glo. declaratur. quod ibi in d. §. exhibendi reus commiſerat crimẽ antequã præſtauerat

ſtauerat fideiuxores, & ſic contra caſum noſtrum.cum hic patratum fuit poſtea,ut ſonat in facto quãuis,ut tenet Bar. in d. §. Illud ſciendum quod cõmunitcr ſeruatur in practica,cum eſſet accuſatus nouiter dictus Antonius non tamen fuit ex-
2 pedita citatio ad informandum, unde, dictus potuiſſet ob nouã cauſam abſentari, taliter quod dicti fideiuxores replicare potuisſent quod fuit ob nouam citationem curie. concitatus ad fugam, (ad quod aduertendũ eſt) cumq.per ipſam curiam nõ poteſt dici, per ipſos fideiuxores dictũ Antonium fugatum editto,uel citatione ſuper nouo crimine, non propterea excuſantur fideiuxores ad non præſentandũ per prædicta maxime.ut tenet Bar.in fi. uer. & not. Gand.in rub.de aliquibus queſt. uar. mal. nu. 10.& 20.quod ſimiliter sẽtit idem col. 7. uer. idẽ pone. Ad quæ. foll. ponit in practica, ne decipiatur aduocatus ipſorũ princ. & fideiux. pro ut ipſe refert. infrag. in c. de fideiuſſo. quod citatis fideiuſſoribus ad preſentandum principalem ſuper ueteri crimine,in quo fuit cautione liberatus uult quod compareãt fideiuſſores ipſi & petiẽtes iuramentũ a iudice iurari ſuper quo crimine ipſum uelit, & ſi ſuper delicto quo fideiuxerunt, noua inditia ſuperuenerũt iuſta doct.Bal.in l.pen. ff.de queſt. qui iudex tenetur iurare, ut ipſe dicit per doctr. Alber. Brun. conſi. 87. in fi. Si tamẽ ipſi fideiuſſores uelint ſtare eius iuramẽto, & licet prattica iſta ſit bona non fuit aliter mihi ſeruata per eccell. Nicolaum Franciſcum.de cõſtãtio Regium conſiliarium,& per D. Pirrũ

Anton'ũ lanar. doctorẽ eminentis scintiæ, & pratticæ unde ego alia prattica usus fui quod ab ista citatione præsentationis faciẽde appellari feci allegãdo, quod non superueniẽtibus nouis inditiis. ad alium effectum fideiussores fuerunt citati, & sic per eundem consiliarium obtinui, quia transmissa copia actorũ non aderant ibi inditia de nouo superuẽcta, quæ esset talia &c.

Ad secundũ dubium cum cõfiscata sint bona prædicto rum principalis, & fideiussorum, & mulieres eorum comparuerint, dotes repetentes fuit de pluribus hæsitatum, nã uolentes probare dotes fuisse per easdem datas, uirosq. recæptas, due ipsarum præsentauerunt instrumẽta cõfessionum, nec una ipsarũ probauit de actu ali numeratione, ad quæ producitur in ar. C. de bo. præscri. l. Si quis post hanc in pr. & ar. de equal.dot.in autenti. §. primum uer. Sin autẽ. unde sumitur autem. Sed iã necesse C. de don.an

3 te nup. unde non uidetur præiudicare aliis, & maxime fisco, qui excipit iam sicut, & alii creditores, Sed uidetur ad prædicta cõntrariari leg. fina. Cod. de dot. cau. non numer. & auth. ibi posita quod si lapsa sint tempora, quæ ibi ponuntur, uel quod exceptioni non numerate dotis renun

4 tiauit, uel confessus est post instrumentum dotale, quod ne dum ipsi confitenti, & suis hæredibus præiudicat uerũ, etiã omnibus præcedentibus, siue anterioribus creditoribus non habentibus expræssam hipotecam, ut leg. 2. Cod. qui potio. in pigno. habet. unde si ante crimen

5 cõmissum dos confessata

appareat

appareat ut 2. uidetur quod fisco præiudicet ad cuius commoditatem bona confiscata sunt, & ita ē de mente Glo. in d. l. Si quis super all. Adq. adde quod pulcre dic. Ang. in l. prædicta per rationes efficaces, ut ibi
